

corroboravimus. Igitur ne huius donationis et nostre confirmationis constitutio aliqua in posterum humane machinationis malicia aut tergiversationis astucia convelli possit, mutari aut imminui, presentis pagine huius rei tenorem continentis cautionem ob perpetue firmitatis indicium sigilli nostri inpressione et ydoneorum testium subscriptione communi-
 5 vimus, quorum nomina sunt hec: Ekehardus prepositus. Heinricus notarius. Lambertus comes de Tunna. Hugoldus comes de Buch. Manegoldus de Rode. Theodericus camerarius de Appolde. Fridericus de Mucbele. Dithmarus de Willerstete et Hertwicus frater suus. Otto de Crebizvelt. Herdegenus de Gozirstete et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M̄CCVIII.

10

130.

Erzbischof Sigfrid von Mainz übereignet dem Kloster Walkenried 50 Hufen in Riethgen, welche der Landgraf von allem Lehnverhältniß freizumachen, dem Erzbischof zu resigniren und bis zur Beendigung des Geschäftes mit zur Meierei in Günstüdt gehörigen Gütern dem Kloster zu verbürgen verspricht, gegen eine Geldleistung Seitens des letzteren an Erzbischof und Landgrafen. [1208.]

15 *Hdschr.: Or. Perg. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. Die S. des Erzbischofs und des Landgrafen (= Taf. XI. 4) zerbrochen, an Pergamentstreifen.*

Gedr.: Urkundenbuch des hist. Ver. für Nieders. 2 S. 56 No. 67.

20 *Anm.: Auf der Rückseite der Urkunde die Jahreszahl 1208 mit Rothstift von neuerer Hand. Das an der Urkunde befindliche S. führte Hermann bis 1209. Sigfrid wurde Erzbischof von Mainz im Jahre 1200. Die Urkunde ist also in der Zeit von 1200—1209 abgefaßt. Auf das Jahr 1208 weist auch die Schenkung von 8 holländischen Hufen im Rieth an das Kl. Walkenried hin, 1208 Nov. 22 (Urkundenb. des hist. Ver. für Nieders. 2 S. 56 No. 68).*

Notum sit universis, qui presentem paginam inspexerint, quod dominus S[igefridus] |
 venerabilis archiepiscopus Maguntinus bona quedam in terminis, qui Riet nuncupantur, |
 sita, quinquaginta scilicet mansos ecclesie in Walkenriet in proprietatem con|tradidit,
 25 restaurum ecclesie Maguntine, cum rerum facultas et temporis oportunitas se obtulerit,
 facturus, nec tacendum, quod iam dicta bona dux Bavarie de Maguntina tenuit ecclesia
 et comes C. de Rodenburc de manu ducis et quam plures alii de manu comitis eisdem
 sunt infeodati. De omnium prenominatorum manibus dominus lantgravius bona hec
 absolvet et domino archiepiscopo resignari faciet, dominus archiepiscopus quoque ea
 30 perpetua donatione ecclesie in Walkenriet conferet, et ad maiorem cautelam dominus
 lantgravius bona villicationi sue in Gvnnestede pertinentia usque ad plenam huius negocii
 consummationem ecclesie in Walkenriet consignabit. Sciendum etiam, quod pro bonis
 sepe dictis dominus abbas et fratres sui domino archiepiscopo mille marcas, domino
 lantgravio mille et ducentas exolvent, ita tamen, quod, si in prescripto mansorum numero
 35 aliquis fuerit defectus, proporcionalis quoque erit in pecunia solvenda. Ut igitur, que
 prelibata sunt, inconvulsa permancant, dominus archiepiscopus confirmationem domini
 pape ac privilegium domini regis super hoc contractu stabiliendo ecclesie Walkenriet
 obtinebit.

(SFR.)

(SFR.)